

N. 41.

A. D. 1061.

(aprile, Indiz. XIV).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatario</i>	Gaudius cler. et not.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang.: alt. 0,19, largh. 0,11 1/2.
<i>Scrittura</i>	Corsiva nitidissima con elementi minuscoli, scomparsa in qualche punto.
<i>Contenuto</i>	Theodorus pellacarus, di Bari, prende in fitto una parte delle saline di s. Elia da Maio f. Romani, che agisce in nome di Gaia sua sorella e Ursone figlio di lei, coll'obbligo di corrispondere ogni anno a' proprietari venti some di sale buono e un moggio di sale bianco e pagare in comune i diritti del fisco.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† In nomine domini nostri iesu christi. Secundo anno imperii domini Constantino ducos.  
mense aprili quartadecima indictione. Ego Theodorus pellacarus de civitate Bari. presentia  
subscriptorum testium convenienti michi et Maio f. Romani ex ista civitate et per fustem  
tradidit michi ad laborandum vice Gaie sorori sue et Ursone f. eius suo nepote toti tribuni  
5 de salina illorum cum conke putee aree et mundatorie sue quos habent in salina de sancto  
Elia. Et ego pro itaque ratione bona mea voluntate guadiam tibi dedi et tu eam recepisti  
vice ipsorum materque filia. et mediatores posui me et Alfanum negotiator f. Taresina ex  
ista civitate. Eo tinore. ut ego vel mei heredes amodo in antea . . . . . trium annorum  
expletos teneamus dominemus toti tribuni ipsarum [materque] filia cum putee conke aree  
10 et mundatorie sue et laboremus et conciemus illis bonum de causa nostra ut consuetudo  
est per ipsa salina. Et de quantum frugium dederit nobis deus de ipsa salina habeamus  
illud nobis. et tantum demus illorum omnem annum ad staliatum quantum saumas viginti  
de sale bonum mundum qualem facimus in ipsa hereditate. ad saumas ex iamdicta salina.  
ad ducendum nos sale ipsum in domo illorum sicut consuetudo est. et omnem annum demus  
15 illorum uno modio sal album bonum. et de commune demus ipsum dominicum ut usum  
habemus. Ad expleti ipsi trium annorum dimittamus ipsam salinam et putee conciate et  
mundate per omnia ut decet. et consuetudo est per eadem salina et . . . . . in ipso con-  
stituto non habeamus licentiam ipsam salinam dimittere . . . . . et dare eam illorum  
per nullum ordinem. set omnia inde illorum faciamus et ad[imple]alimus sicut superius est

enarratum. quod si taliter non fecerimus [et per causationem] vel per legem illos exinde 20  
miserimus et nos demus vobis et illorum . . . . . aureos solidos et totum ectagi. et ea  
que supra legitur inviti [adimpleamus per] districtis nos qs. Theodorus et Alfanus media-  
tores li[centiam] tribuimus vobis Maio et ipsarum materque filia eorumque heredes pigne-  
rare nos et nostros heredes per omnia pignera legitima et inlegitima sine calumnia. quod-  
cumque vobis ubicumque inbeneritis donec compleverimus vobis omnia ut supra per ordi- 25  
nem legitur. Et hoc brebe scripsit Gaudius clericus et notarius qui interfuit.

† Ego Romoaldus testis sum.

† Ego Kardo testi sum.